Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310846

16

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERHARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GERARDUS JACOBUS BERKHOFF,

Noviomagensis.

A. D. XVII. M. JUNII A. MDCCCLVI, HORA II.

Typis Mandaverunt,

L. E. BOSCH ET FILIUS.

MDCCCLVI.

THESES JURIDICAE.

I.

In l. 23 pr. C. de S.S. ecclesiis (I. 2) *transitus legalis* qui dicitur, omnino ecclesiis et civitatibus conceditur.

II.

Jus offerendi priori creditori contra sequentem competit.

III.

Jusjurandum in litem minime in omnibus bonae fidei actionibus admittitur.

IV.

L. 25 D. de dolo malo conciliari potest cum l. 20 § 1 eod. (IV. 3).

V.

Errant qui jus XII tabularum, vel nulla ex parte, vel totum ex institutis graecis manasse censent.

VI.

Nurus quae secundas nuptias iniit, amittit jus alimenta petendi a socru.

VII.

Emphyteuta post semel pronunciatam sententiam, qua jure emphyteutico destituitur, ex art. 781 C.C. destitutionem impedire nequit.

VIII.

Servitutes discontinuae praescriptione constitui nequeunt, licet adsit titulus a non domino profectus.

IX.

Jus decimarum est jus in re immobili.

X.

Heres contra suam aditionem in integrum restitui potest etiam si propter dolum extranei hereditatem adiit.

XI.

Curator hereditatis jacentis inventarium authenticum facere debet, licet tale jam ab herede antequam repudiavit compositum sit.

XII.

Socius usuras impensarum a societate petere potest a die collationis.

XIII.

Per artt. 122, 1° et 173 C. M. is qui litteras cambiales acceptare vel solvere vult in honorem ejus cujus nomine sunt trassatae, praefertur illi qui hoc facere vult in honorem trassantis.

XIV.

Minus probandum quod societas anonyma, ut prorogetur iterum indigeat regis consensu.

XV.

Commissionarius qui nomine committentis vendidit pretium exigere potest.

XVI.

Instrumentum authenticum non requiritur ut inscriptio secundum artt. 309 et 315 C. M. fieri possit.

XVII.

Verificatio impugnari nequit eo argumento quod litterae creditoribus missae non sunt.

XVIII.

Moratorii usus ex jure Romano non deducendus est.

XIX.

Socii suicidii puniendi non sunt.

XX.

Declaratio falsa avariae nec est falsum, nec perjurium.

XXI.

Adagium „dictum expertorum non transit in rem judicatam" in causis quoque criminalibus valet.

XXII.

Praevia rei detentio ex lege nonnisi in ipsa inquisitione criminali juberi potest.

XXIII.

Prudenter lex nostra fundamentalis legum promulgandarum tempus regi non praefinit.

XXIV.

Het gebruik der werktuigen strekt tot voordeel aan het menschelijk geslacht.

XXV.

Zeer juist zegt Say (Cours compl. d'Econ. pol. tome I, p. 342): "un peuple qui prospère doit être regardé plutôt comme un ami utile que comme un concurrent dangereux."